

MISSAE PROPRIAE
DIOECESIUM
HUNGARIAE

Die 28 novembris

S. Iacobi de Marchia
Confessoris

III classis

In dioecesibus Csanádiensi et Magnováradiensi. Missa Iustus, de Comuni Conf. non Pont. 2 loco, praeter orationem sequentem:

Oratio **P**

Deus, qui ad animárum salútem et peccatóres e vitiórum coeno ad viam virtútis revocándos, beátum Iacobum Confessórem tuum Evangélii praecónem exímium effecísti: concéde propítius; ut, eius intercessióne a peccátis ómnibus expiáti, vitam consequámur aetérnam. Per Dóminum.

Secreta **C**

Praesta nobis, quáesumus, omnipotens Deus; ut nostrae humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córpore páriter et mente purificet. Per Dóminum.

Postcommunio **C**

Quáesumus, omnipotens Deus: ut, qui caeléstia aliménta percépimus, intercedente beáto Iacóbo Confessóre tuo, per haec contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

Die 30 novembris

S. Andreae Apostoli

Patroni Principalis Dioecesis
Cassoviensis

I classis

In dioecesi Cassoviensi.
Ut in Missali Rom. hoc die notatur.

Die 27 decembris

S. Ioannis Apostoli et
Evangelistae

Patroni archidioecesis Agriensis

In archidioecesi Agriensi

Missa ut in Missali Rom. hoc die notatur.

Die 18 ianuarii

S. Margaritae **Virginis**

III classis

Missa Dilexisti, de Communi Virg. 3 loco, praeter orationem sequentem:

Oratio

P

Deus, virginitatis amátor et custos, cuius dono fámula tua Margaríta virginitatis decórem mérito bonórum óperum sociávit: concéde, quáesumus; ut mentis integritátem spírítu salutáris poeniténtiae restauráre valeámus. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Priscae Virg. et Mart.:

Oratio

Da, quáesumus, omnipotens Deus: ut, qui beátae Priscae Víriginis et Mártyris tuae natalítia cólimus; et ánnua solemnitáte laetémur, et tantae fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum.

Secreta

C

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxiliúm. Per Dóminum.

Pro S. Prisca Virg. et Mart.:

Haec hóstia, quáesumus, Dómine, quam Sanctórum tuórum natalítia recensentes offérimus, et víncula nostrae pravitátis absólvat, et tuae nobis misericórdiae dona concíliet. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quáesumus, semper interventióne nos réfove; cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Pro S. Prisca Virg. et Mart.;

Postcommunio

Quáesumus, Dómine, salutaribus repléti mystériis: ut, cuius solémnia celebrámus, eius oratióibus adiuvémur. Per Dóminum.

Die 28 martii

Omittitur comm. S. Ioánnis de Capistráno, eius festum fit die 23 octobris.

Die 23 aprilis

S. Adalberti **Ep. et Mart.**

Patroni Archidioecesis
Strigoniensis

In archidioecesi Strigoniensi: I classis
In reliquis Hungariae dioecibus: III classis

Antiphona ad Introitum Ps. 63, 3.

Protexisti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúia: a multitudíne operántium iniquitátem, allelúia, allelúia. Ps. *ibid.*, 2. Exáudi, Deus, oratióne

meam, cum deprecor: a timóre inimici éripe ánimam meam. *V. Glória Patri. — Protexisti.*

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui hodiérna die Beátum Adalbértum, Mártirem tuum atque Pontíficem, mérito passiónis Sanctis tuis sociáre dignátus es: tríbue, quáesumus; ut per eius exémpia ad pátriam perveniámus aetérnam. Per Dóminum.

Extra archid. Strigonien. fit comm. S. Georgii Mart.

Lectio Epístolae beáti Iacóbi Apóstoli

Iac. 1, 2—12.

Caríssimi: Omne gáudium existimáte, cum in tentantiónes várias incidéritis: sciéntes, quod probátio fidei vestrae patiéntiam operátur. Patiéntia autem opus perféctum habet: ut sitis perfécti et íntegri, in nullo deficiéntes. Si quis autem vestrum índiget sapiéntia, póstulet a Deo, qui dat ómnibus affluénter, et non impropérat: et dábitur ei. Póstulet autem in fide nihil háesitans: qui enim háesitat, sínilis est flúctui maris, qui a vento movétur et circumfértur. Non ergo áestimét homo ille, quod accípiat áliquíd a Dómino. Vir duplex ánimo incónstans est in ómnibus viis suis. Gloriétur autem frater húmilis in exaltatióne sua: dives autem in humilitáte sua, quóniam sicut flos foeni transíbit: exórtus est enim sol cum ardóre, et arefécit foenum, et flos eius décidit, et decor vultus eius despéruit: ita et dives in itinéribus suis marcéscet. Beátus vir, qui suffert tentatióne: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitae, quam repromísit Deus diligéntibus se.

Allelúia, allelúia. *V. Ps. 88, 6.* Confitebúntur caeli mirabília tua, Dómine:

étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum. Allelúia. *V. Ps. 20, 4.* Posuisti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretióso. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem

Ioann. 15, 1—7.

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Iam vos mundi estis propter sermónem quem locúsus sum vobis. Manéte in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint. quodcúmque voluérítis, petétis, et fiet vobis.

In archidioecesi Strigoniensi dicitur Credo

Antiphona ad Offertorium. Ps. 88, 6. Confitebúntur caeli mirabília tua, Dómine: et veritátem tuam in ecclésia sanctórum, allelúia, allelúia.

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, beáti Adalbérti, Mártiris tui atque Pontíficis, dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem. Ps. 63, 11. Laetábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde, allelúia, allelúia.

Postcommunio

Beáti Adalbérti, Mártyris tui atque Pontificis, intercessióne, Dómine, placátus: praesta, quáesumus; ut quae temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum.

Pro votiva extra tempus paschale dicitur Missa Státuit, de Communi unius Mart. 1 loco, cum orationibus, Epistola et Evangelium ut supra.

Die 4 maii

S. Floriani Martyris

III classis

In diocesis Albaregalensi, Quinque-ecclesiensi. Missa Protexisti, de Communi Martyrum temp. paschali 1 loco, praeter orationes sequentes:

Oratio

P

Deus, qui nos beáti Floriáni Mártyris tui solemnitate laetificas: concéde propítius; ut cuius gloriósum triúmphum venerámur in terris, societátis eius laetitiam adipisci mereámur in caelis. Per Dóminum.

Et fit comm. S. Monicae Viduae:

Oratio

Deus, maeréntium consolátor et in te sperántium salus, qui beátae Mónicae pias lácrimas in conversióne filii sui Augustíni misericórditer suscepisti: da nobis utriúsque intervéntu; peccáta nostra deploráre, et grátiae tuae indulgéntiam invenire. Per Dóminum.

Secreta

P

Hanc oblatiósni hóstiam, quáesumus, omnipotens Deus, beáti Floriáni Mártyris tui digna comméndet oratio, qui

sancto caritátis tuae devíctus amóre, própriam sui córporis hóstiam in odórem suavitátis tibi obtulit vivam. Per Dóminum.

Pro S. Monica Vidua:

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblatiósni pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepisse cognóscit auxiliúm. Per Dóminum.

Postcommunio

P

Sancta nos, quáesumus, Dómine, sacraménti caeléstis participatiósni et ab hóstium cállido tueátur incúrsu, et sancto Floriáno intercedénte, nobis remédia salutis cónferat sempitérna. Per Dóminum.

Pro S. Monica Vidua:

Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quáesumus, semper interventiósni nos réfove, cuius solénnia celebrámus. Per Dóminum.

Pro votiva extra Tempus Paschale Missa In virtúte tua, de Communi unius Martyris 3 loco, cum orationibus ut supra.

Die 7 maii

In Dedicatione Ecclesiae Metropolitanae Agriensi

I classis

In archidioecesi Agriensi

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis ecclesiae.

Die 16 maii

S. Ioannis Nepomuceni martyris

Patroni principalis dioecesis
Rosnaviensis

In dioecesi Rosnaviensi: I classis

In dioecesibus Agriensi, Albaregalensi,
Csanádiensi, Quinqueecclesiensi, Sabari-
ensi, Szatmáriensi, Váciensi: III classis

Antiphona ad Introitum

Eccli. 51, 30.

Dedit mihi Dóminus linguam mercé-
dem meam: et in ipsa laudábo eum.
(T. p. Allelúia, allelúia) Ps. 38, 2. Dixi:
Custódiám vias meas, ut non delínquam
in lingua mea. V. Glória Patri. — Dedit
mihi.

Oratio

Deus, qui ob invíctum beáti Ioánnis
sacramentále siléntium nova Ecclé-
siam tuam martýrii coróna decorásti: da;
ut, eius exémplo et intercessióne, ori no-
stro custódiám ponéntes, beátis, qui lingua
non sunt lapsi, annumerémur. Per Dó-
minum.

Et fit commemoratio (excepta dioec.
Rosnav.) S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Auxílium tuum nobis, Dómine, quæ-
sumus, placátus impénde: et inter-
cessióne beáti Ubaldi Confessoris tui at-
que Pontíficis, contra ómnes diabóli nequí-
tias dexteram super nos tuæ propitia-
tiónis exténde. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiae

Eccli. 21, 26—31

Stultus a fenéstra respíciet in domum:
vir autem erudítus foris stabit. Stultí-
tia hóminis auscultáre per óstium: et pru-
dens gravábitur contulmélia. Lábía im-

prudéntium stulta narrábunt: verba au-
tem prudéntium statéra ponderabúntur.
In ore fatuórum cor illórum: et in corde
sapiéntium os illórum. Dum maledícit
ímpius diabóolum, maledícit ipse ánimam
suam. Susúrro coinquinábit ánimam suam,
et in ómnibus odiétur: et, qui cum eo
mánserit, odiósus erit: táctus et sensátus
honorábitur.

Tempore paschali:

Allelúia, allelúia. V. Eccli. 25, 11. Beá-
tus, qui lingua sua non est lapsus, et qui
non servívit indignis se. Allelúia. V.
Prov. 10, 31. Lingua pravórum perfbít:
lingua autem sapiéntium est sánitas. Al-
lelúia.

Extra tempus paschale:

Graduale

Prov. 11, 13.

Qui ámbulat fraudulénter, revélat arcá-
na: qui autem fidélis est ánimi, celat.
V. Ps. 14, 1 et 3. Dómine, quis habitábit
in tabernáculo tuo, aut quis requiescet
in monte sancto tuo? Qui non egit dolum
in lingua sua: nec fecit próximo suo ma-
lum. Allelúia, allelúia. V. Eccli. 25, 11.
Beátus, qui in lingua sua non est lapsus,
et qui non servívit indignis se. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangéllii secúndum
Mattháeum

Matth. 11, 2—10.

In illo témpore: Cum audísset Ioánnes
in vínculis ópera Christi, mittens duos
de discípulis suis, ait illi: Tu es, qui ven-
túrus es, an álium exspectámus? Et re-
spóndens Iesus, ait illis: Eúntes renuntiá-
te Ioánni, quae audístis, et vidístis. Caeci
vident, claudi ámbulant, leprósi mundán-
tur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páu-
peres evangelizántur: et beátus est, qui
non fúerit scandalizátus in me. Illis autem
abeúntibus, coepit Iesus dícere ad turbas
de Ioánni: Quid exístis in desértum vi-

dere? arúndinem vento agitátam? Sed quid exístis vidére? hóminem móllibus vestítum? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére? Prophétam? Etiam dico vobis, et plus quam prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

In dioecesi Rosnaviensi dicitur Credo.

Antiphona ad Offertorium
Eccli. 42, 1.

Non dúplices sermónem de revelatióne sermónis absconditi, et eris vere sine confusióne: et invénies grátiam in conspéctu ómnium hóminum. (T. p. Allelúia.)

Secreta

Haec tua, Dómine, sacra mystéria illum in nobis, quáesumus, ignem accéndant: quo ínclytus Martyr et Sacérdos tuus Ioánnes, ea peragéndo, flagrát. Per Dóminum.

Pro S. Ubaldo:

Secreta

Sancti tui, quáesumus, Dómine, nos ubique laetificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem
Isai. 6, 6—7.

Volávit ad me unus de Séráphim: et in manu eius cálculus, quem túlerat de altári, et tétigit os meum. (T. p. Allelúia)

Postcommunio

Fragilitátem nostram, Dómine, caeléstis haec mensa fórtium pane confirmet: qui beáti Mártyris et Sacerdótis tui Ioánnis

tentátam contra honórem sacraménti constantiam, iúgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum.

Pro S. Ubaldo:

Postcommunio

Praesta, quáesumus, omnipotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Ubáldo Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum.

Die 24 maíi

B. M. V. sub titulo Auxilium Christianorum

III classis

In dioecesibus Strigoniensi, Albaregalensi, Magnováradiensi, Sabariensi, Váciensi, Vesprimiensi

Antiphona ad Introitum

Cant. 6, 9.

Quae est ista quae progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrórum ácies ordináta? (T. P. Allelúia, allelúia) Ps. 97, 1. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit. V. Glória Patri. — Quae est ista.

Oratio

Concède nos, quáesumus, Dómine, Auxiliatrícis Maríae pietáte firmátos: et ardénter in terris pro fide certáre, et tuas in caelis magnificáre victórias. Per Dóminum.

Lectio libri Apocalýpsis beáti Io-
ánnis Apóstoli

Apoc. 12, 1, 3, 9, 10, 11

Signum magnum appáruit in caelo: múlíer amícta sole, et luna sub pédi-
bus eius, et in cápíte eius coróna stellárum
duódecim. Et visum est áliud signum in
caelo, et ecce draco magnus rufus, ha-
bens cápita septem et córnua decem. Et
proiéctus est draco ille magnus, serpens
antíquus qui vocátur diábolus et sátanás,
qui sedúcit univérsum orbem. Et audívi
vocem magnam in caelo dicéntem: Nunc
facta est salus et virtus et regnum Dei
nostri et potéstas Christi eius, quíá pro-
iéctus est accusátor fratrum nostrórum; et
ipsi vicérunt eum propter sánguinem
Agni et propter verbum testimónii sui.

Tempore paschali:

Allelúia, allelúia. **V. Ps. 88, 14.** Tibi
bráccium potens est, firma manus tua,
déxtera tua erécta. Allelúia. **V. Ps. 5, 12.**
Laeténtur omnes qui confúgiunt ad te,
in perpétuum exsúltent. Allelúia.

Extra tempus paschale:

Graduale. Iudith 13, 23, 25.

Benedícta es tu, Virgo María, a Dó-
mino Deo excélso, prae ómnibus muliéri-
bus super terram. **V.** Quia nomen tuum
ita magnificávit, ut non recédát laus tua
de ore hóminum.

Allelúia, allelúia. **V. Ps. 88, 14.** Tibi
bráccium potens est, firma manus tua,
déxtera tua erécta. Allelúia.

In missis votivis post Septuagesimam,
omissis Allelúia et versu sequenti, dicitur

Tractus. Iudith 13, 17, 18, 21.

Laudáte Dóminum Deum nostrum, qui
non desérui sperántes in se. **V.** Et in me
ancílla sua adimplévit misericórdiam su-
am, quam promísit dómui Israel. **V.** Con-
fitémini illi omnes, quóniam bonus, quón-
iam in sáeculum misericórdia eius.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum
Lucam

Luc. 1, 26—33.

In illo témpore: Missus est Angelus
Gábriel a Deo in civitátem Galiláeae,
cui nomen Názaresh, ad Vírginem de-
sponsátam viro, cui nomen erat Ioseph,
de domo David, et nomen Vírginis Ma-
ría. Et ingrèssus Angelus ad eam, dixit:
Ave, grátia plena; Dóminus tecum: be-
nedícta tu in muliéribus. Quae cum au-
dísset, turbáta est in sermóne eius: et
cogitábat, qualis esset ista salutátio. Et
ait Angelus ei: Ne tímeas, María, inve-
nísti grátiam apud Deum: ecce concípies
in útero, et páries fílium, et vocábis no-
men eius Iesum. Hic erit magnus, et
Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi
Dóminus Deus sedem David patris eius:
et regnábit in domo Iacob in aetérnum,
et regni eius non erit finis.

Antiphona ad Offertorium. Hebr. 4, 16.

Adeámus cum fidúcia ad thronum grá-
tiae, ut misericórdiam consequámur, et
grátiam inveníamus in auxílio opportúno.
(**T. P.** Allelúia.)

Secreta

Deus, qui humánae substántiae veritá-
tem de Vírginis Maríae córpore sus-
cepísti: da nobis, eiúsdem suffúltis auxílio,
per hanc oblatiónem ita degénerem ex-
úere vetustátem, ut te novae generatió-
nis induámur auctórem: Qui vivis et
regnas.

Praefatio de B. Maria Virg. Et te in
solemnitate.

Antiphona ad Communionem. Iudith
15, 11. Manus Dómini confortávit te, et
ideo eris benedícta in aetérnum. (T. P.
Allelúia.)

Postcommunio

Mystéria quae súpsimus, Dómine, ca-
ritátis nos fáciant hauríre fluénta:
et, auxiliánte beatíssima Vírgine María,
optátum Regni tui celebráre triúmphum.
Per Dóminum.

Die 30 maii

In translatione sanctae manus Dexteræ S. Stephani

Regis Confessoris

III classis

Antiphona ad Introitum

Ps. 72, 24.

Tenuísti manum dexteram meam: et
in voluntáte tua deduxísti me, et cum
glória suscepísti me. (T. P. Allelúia, alle-
lúia) Ps. 40, 2. Beátus, qui intéllegit su-
per egénium et páuperem, in die mala
liberábit eum Dóminus. V. Glória Patri.
— Tenuísti.

Oratio

Deus, qui es sanctorum tuorum splen-
dor mirabilis, quique hodierna die
beati Stéphani, Regis et Confessoris tui,
gloriosam dexteram revelásti: da nobis fá-
mulis tuis de eius semper protectióne gau-
dere. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Felicis I Papae
et Mart.:

Gregem tuum, Pastor aetérne, placátus
inténde: et per beátum Felícem Már-
tyrem tuum atque Summum Pontíficem,
perpétua protectióne custódi: quem to-
tíus Ecclésiae praestitísti esse pastórem.
Per Dóminum.

Lectio libri Tobíae

Tob. 4, 6—12.

Omnibus diébus vitae tuae in mente
habéto Deum, et cave, ne aliquándo
peccáto conséntias, et praetermittas prae-
cépta Dómini Dei nostri. Ex substántia
tua fac eleemósynam, et noli avértere
fáciem tuam ab ullo páupere; ita enim
fiet, ut nec a te avertátur fácies Dómini.
Quómo potúeris, ita esto miséricors. Si
multum tibi fúerit, abundánter tífue; si
exíguum tibi fúerit, étiam exíguum li-
bénter impertíri stude. Práemium enim
bonum tibi thesaurízans in die necessitá-
tis, quóniam eleemósyna ab omni peccáto
et a morte líberat, et non patiétur áni-
mam ire in ténebras. Fidúcia magna erit
coram summo Deo eleemósyna ómnibus
faciéntibus eam.

Tempore paschali:

Allelúia, allelúia. V. Ps. 40, 2. Beátus,
qui intéllegit super egénium et páuperem,
in die mala liberábit eum Dóminus. Alle-
lúia. V. Ps. 36, 26. Tota die miserétur,
et cómodat, semen illíus in benedictió-
ne erit. Allelúia.

Extra tempus paschale:

Graduale. Isaiae 58, 7. Frange esuriénti
panem tuum et egénos, vagósque induc
in domum tuam. Dum víderis nudum,
óperi eum, et carnem tuam ne despexéris.

Allelúia, allelúia. V. Ibid., 8. Tunc
erúmpet quasi mane lumen tuum, et
glória Dómini colliget te. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum
Lucam

Luc. 12, 32—34.

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis
suis: Nolíte timére, pusillus grex, quia
complácuít Patri vestro dare vobis reg-
num. Véndite, quae possidétis, et date
elemósynam. Fácite vobis sácculos, qui
non veteráscunt, thesáurum non deficién-
tem in caelis: quo fur non apprópiat,
neque tinea corrúmpit. Ubi enim the-
sáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Antiphona ad Offertorium

Ps. IIII, 9.

Dispérsit, dedit paupéribus, iustítia
eius manet in sáeculum sáeculi: cornu eius
exaltábitur in glória. (T. P. Allelúia)

Secreta

Múnere tibi, Dómine, nostrae devotió-
nis offérimus, quae et pro sancti
Stéphaní, Regis et Confessóris tui, tibi
grata sunt honóre, et nobis salutária te
miseránte reddántur. Per Dóminum.

Pro S. Felice I Papa et Mart.:

Secreta

Oblátis munéribus, quáesumus, Dó-
mine, Ecclésiám tuam benígnus illú-
mina: ut, et gregis tui proficiat ubíque
succéssus, et grati fiant nómini tuo, te
gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem

2 Cor. 9, 10.

Qui adminístrat semen seminánti, et
panem ad manducándum praestábit, et
augébit increméta frugum iustítiae eius.
(T. P. Allelúia)

Postcommunio

Súmpsimus, Dómine, caeléstia sacra-
ménta, beáti Stéphaní Regis et Con-
fessóris tui solémnia celebrátes: praesta,
quáesumus; ut ipso intercedénte, quod
temporáliter géssimus, aetérnis gáudiis
consequámur. Per Dóminum.

Pro S. Felice I Papa et Mart.:

Postcommunio

Refectióne sancta enutrítam gubérna,
quáesumus, Dómine, tuam placátus
Ecclésiám: ut poténti moderatióne di-
récta, et increméta libertátis accípiat et
in religiónis integritáte persístat. Per
Dóminum.

Die 4 iunii

S. Quirini

Ep. Sisciensis, Mart.

(Pro dioecesi Sabariensi)

III classis

Missa Státuit, de Communi unius Mart.
i loco.

Et fit commemoratio S. Francisci Ca-
racciolo Conf., ut in Missali hoc die.

Die 14 iunii

In Dedicatióne Ecclesiae
Cathedralis Sabariensis

I classis

In dioecesi Sabariensi

Missa Terríbilis, de Communi Dedicati-
onis ecclesiae.

Die 15 iunii

B. Iolentae Viduae

III classis

Missæ Cognóvi, de Communi non Vir-
ginum 2 loco, præter orationem sequen-
tem:

Oratio

P

Omnípotens sempitérne Deus, qui beá-
tam Ioléntam ab honóribus divitiís-
que misericórditer abstraxísti, et húmílem
Fílii tui crucem et carnis mortificatió-
nem elígere fecísti: eius méritis et intercessi-
óne concéde; ut terréna ómnia despiciá-
mus, ac caeléstia sincéro corde quaerá-
mus. Per eúndem Dóminum.

Et fit commemoratio Ss. Viti, Modesti
atque Crescentiae Martyrum:

Oratio

Da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Dómi-
ne, sanctis Martýribus tuis Vito,
Modésto atque Crescentia intercedénti-
bus, supérbe non sápere, sed tibi plácita
humilitáte proficere: ut, prava despiciens,
quaecúmque recta sunt, libera exerceat
caritáte. Per Dóminum.

Secreta

C

Accépta tibi sit, Dómine, sacrætæ ple-
bis oblátio pro tuórum honóre Sanc-
tórum: quorum se méritis de tribulatióne
percepísse cognóscit auxiliium. Per Dó-
minum.

Pro Ss. Martyribus:

Secreta

Sicut glóriam divínae poténtiæ mún-
era pro Sanctis oblata testántur: sic no-
bis effectum, Dómine, tuæ salvatiónis im-
péndant. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Satiásti, Dómine, famíliam tuam mu-
néribus sacris: eius, quæsumus, sem-
per interventióne nos réfove, cuius solém-
nia celebrámus. Per Dóminum.

Pro Ss. Martyribus:

Postcommunio

Repléti, Dómine, benedictióne solémni:
quæsumus; ut, per intercessiónem
sanctórum Mártyrum tuórum Viti, Mo-
désti et Crescentiæ, medicína sacraménti
et corpóribus nostris prosit et méntibus.
Per Dóminum.

Eodem die 15 iunii

Translat. Reliquiarum S. Martini Ep. et Conf.

Pro dioecesi Sabariensi

Missæ ut die 11 novembris, cum ora-
tionibus ut infra:

Oratio

Deus, qui in beáto Martíno Pontífice,
sive per vitam, sive per mortem
magnificátus es: innova eádem grátia
tuæ miracula in córdibus nostris; ut ne-
que mors, neque vita separare nos possit a
caritáte Dómini nostri Iesu Christi: Qui
tecum.

Secreta

In oblatióne huius sacrificii, quæsumus,
Dómine, requiescat super nos spíritus
timóris et amoris tui: ígneo illo globo de-
signátus, qui supra caput beáti Martíni
tibi sacrificántis apparuit. Per Dóminum.

Postcommunio

Deus, qui beáti Martíni confessiónem ac vitae perpétuam innocéntiam remunerans, suávem dedísti ei in morte ex perfécta caritaté fidúciam: da nobis per haec sancta quae súmpsimus; ut eius praesídio et exémplo, paeniténtiae humilitátem spe roborémus, et amórem fratrum tua semper voluntáte metiámur. Per Dóminum.

Die 16 iunii

S. Basili Magni
Ep., Conf. et Eccles.
Doct.

Pro dioecesi Sabariensi

III classis

Ut in Missali die 14. iunii.

Die 22 iunii

In Dedicatione Eccl.
Cathedralis Quinque-
ecclesiarum

I classis

In dioecesi Quinqueecclesiensi

Missa Terribilis, de Communi Dedi-
cationis ecclesiae

Die 27 iunii

S. Ladislai Regiss Con-
fessoris

Patroni principalis dioecesis
Magnováriensis

In dioecesi Magnováriensi: I classis

In omnibus aliis dioec. Hungariae:
II classis

Antiphona ad Introitum

Ps. 36, 30—31.

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius in corde ipsíus. Ps. *ibid.*, 1. Noli accumulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. V. Glória Patri. — Os iusti.

Oratio

Deus, qui beátum Regem Ladisláum, Confessórem tuum, diversis decorásti miráculis: praesta, quáesumus; ut eius suffragántibus méritis, ab ómnibus semper muniámur advérsis, et gáudiis perfruámur aetérnis. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiae

Sap. 10, 10—14.

Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctorum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumvéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Haec vénditum iustum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afféret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem aetérnam, Dóminus, Deus noster.

Graduale

Ps. 91, 13 et 14.

Iustus ut palma florébit: sicut Cedrus Libani multiplicábitur in domo Dómini. **V. Ibid., 3.** Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

Allelúia, allelúia. **V. Iac. 1, 12.** Beátus vir, qui suffert tentatióem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitae. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam

Luc. 12, 35—40

In illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri praecínti, et lucérnae ardéntes in má nibus vestris, et vos símiles homínibus expectántibus dómimum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dómimus, invénerit vigilátes: amen dico vobis, quod praecíngent se, et fáciat illos discumbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam, si sciret paterfamílias qua hora fur venfret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti, quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniét.

In dioecesi Magnováriensi dicitur:

Credo

Antiphona ad Offertorium

Ps. 88, 25.

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta

Hóstias piae placatiónis offerimus cleméntiae tuae, omnipotens Deus: quas beáti Regis Ladislái, Confessóris tui méritis et précibus, placátus accípias, et cleméter dispenses. Per Dómimum.

Antiphona ad Communionem

Matth. 24, 46—47.

Beátus servus, quem, cum vénerit dómimus, invénerit vigilátem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum

Postcommunio

Sacraménta, Dómine, salutária suméntes, cleméntiam tuam humíliter exorámus: ut intercessióne beáti Regis Ladislái, Confessóris tui, et praeséntibus non destituámur subsídiiis, et gáudiis perfruámur aetérnis. Per Dómimum.

Die 8 iulii

In Dedicatione Ecclesiae Cathedralis Magnováriensis

I classis

In dioecesi Magnováriensi

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis ecclesiae

Die 24 iulii

B. Cunegundis Virg

III classis

Missa Dilexísti, de Communi Virginum
3 loco, praeter orationem sequentem:

Oratio

P

Deus, qui beátam Cunegúndem dulcédinis tuae benedictiónibus praevenísti, ac vírginem étiam in coniúgio conservásti: praesta, quáesumus; ut ipsa intercedente per vitae puritátem tibi iúgiter adhaerére, et per eius vestígia gradiétes, ad te pervenire felíciter mereámur Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Christinae Virg. et Mart.

Oratio

Indulgéntiam nobis, quáesumus, Dómine, beáta Christína Virgo et Martyr implóret: quae tibi grata semper éxstitit, et mérito castitátis, et tuae professione virtútis. Per Dóminum

Secreta

C

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátae plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctorum: quorum se méritis de tribulatióne percepísse cognóscit auxiliúm. Per Dóminum

Pro S. Christina:

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, beátae Christinae Vírginis et Mátyris tuae dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tribue provenire subsidiúm. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: eius, quáesumus, semper interventióne nos réfove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Pro S. Christina:

Postcommunio

Divíni múnere largitáte satiáti, quáesumus, Dómine, Deus noster: ut, intercedente beáta Christína Vírgine et Mátyre tua, in eius semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

Die 26 iulii

S. Annae **Matris B. M. V.**

Patronae principalis dioecesis
Vesprimiensis

I classis

Ut in Missali Romano hoc die.

Die 13 augusti

B. Innocentii XI **Papae**
et Confessoris

III classis

Missae Si diligis, de Communi unius aut plurium Summorum Pontificum, praeter orationem sequentem:

Oratio

P

Deus, qui ad Ecclesiae tuae libertátem vindicándam et ad fidei hostes proflicándos morésque christianórum salutáriter reformándos beátum Innocéntium Summum Pontíficem mira fortitúdine roborásti: eius nobis intercessióne concéde; ut, fortes in fide, diabólicas superémus insídias et práemia consequámur aetérna. Per Dóminum.

Et fit commemoratio Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.

Oratio

Da, quáesumus, omnípotens Deus: ut beatórum Mátyrum tuórum Hippolyti et Cassiáni veneránda solémnitas, et

devoti6nem nobis 6ugeat, et salutem. Per D6minum.

Secreta **C**

O bl6tis mun6ribus, qu6esumus, D6mine, Ecclesi6m tuam benignus illumina: ut et gregis tui proficiat ubique succ6sus, et grati fiant n6mini tuo, tu gubern6nte, past6res. Per D6minum.

Pro Ss. Hippolyto et Cassiano:

Secreta

R 6spice, D6mine, m6nera p6puli tui, Sanctor6rum festivit6te votiva: et tuae testific6tio verit6tis nobis proficiat ad salutem. Per D6minum.

Postcommunio **C**

R efecti6ne sancta enutr6tam gubern6, qu6esumus, D6mine, tuam plac6tus Ecclesi6m: ut, pot6nti moderati6ne directa, et incrementa libert6tis acc6piat et in religi6nis intergrit6te pers6stat. Per D6minum.

Pro Ss. Hippolyto et Cassiano:

Postcommunio

S acrament6rum tu6rum, D6mine, communio sumpta nos salvet: et in tuae verit6tis luce confirmet. Per D6minum.

Die 15 augusti

In Assumptione B. M. V.

**Patrona principalis dioecesis
Albaregalensis**

I classis

**In dioecesi Albaregalensi
Ut in Missali Romano hoc die.**

Die 18 augusti

In Dedicacione Ecclesiae
Cathedralis V6ciensis

I classis

In dioecesi V6ciensi

Missae Terr6bilis, de Communi Dedicacionis ecclesiae.

Die 20 augusti

**S. Stephani Regis
Confessoris Patroni
Principalis Hungariae et
Patroni Principalis Archidioecesis
Colocensis**

I classis

Antiphona ad Introitum

Ps. 32, 12.

B e6ta gens, cuius Deus est D6minus, quem el6git in heredit6tem sibi. **Ps. 32, 1.** Exsult6te iusti in D6mino: rectos decet collaud6tio. **V.** Gl6ria Patri. — Be6ta gens.

Oratio

D eus, qui be6tum St6phanum Regem nostrum et Confess6rem tuum terr6ni imp6rii gl6ria coron6sti et Sanctor6rum tu6rum societ6te sublim6sti: praesta, qu6esumus; ut quem Pann6nia h6buit div6nae religi6nis propugn6t6rem in terris, eum Ecclesi6 tua hab6re mere6tur defens6rem in caelis. Per D6minum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Ephesios

4, 17—24.

Fratres! Testificor in Domino, ut iam non ambulatis, sicut gentes ambulantes in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, per ignorantiam quae est in illis, propter caecitatem cordis ipsorum; qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis, in avaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis.

Graduale

Ps. 61, 9 et 7

Spera in eo, popule, omni tempore; effundite coram eo corda vestra: Deus est refugium nostrum. Ipse tantum est petra mea et salus mea, praesidium meum: non movebor.

Alleluia, alleluia. Ps. 65, 8. Qui dedit animae nostrae vitam, nec sinit commoveri pedem nostrum. — Alleluia.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Alleluia, et versu sequenti, dicitur:

Tractus

Ps. 138, 1 et 23—24

Domine scrutaris me et novisti, tu novisti me, cum sedeo et cum surgo. V. Scrutare me, Deus, et cognosce cor meum; proba me, et cognosce sensa mea. V. Et vide, num via prava incedam, et deduc me via antiqua. Tempore autem paschali omittitur Graduale, et eius loco dicitur:

Alleluia, alleluia. V. Ps. 144, 4—5. Generatio generationi praedicat opera tua, et annuntiant potentiam tuam. Alleluia. V. Gloriam magnificam maiestatis tuae loquuntur, et mirabilia tua pervulgant. Alleluia.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum

Matth. 7, 24—29.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Omnis qui audit verba mea et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram. Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim erat super petram. Et omnis, qui audit verba mea, et non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam super arenam: Et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna. Et factum est: cum consummasset Iesus verba haec, admirabatur turbae super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens.

Credo

Antiphona ad Offertorium

Ps. 32, 8.

Tímeat Dóminum omnis terra: ipsum vereántur omnes incolae orbis.

Secreta

Sacrificium, Domine, quod tuae offerimus maiestati, benigno vultu respice, et intercessione beati Regis Stephani Confessoris tui, nos ab omnium inimicorum insidiis defende et vitae aeternae praemia concede. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem

Ps. 32, 20—21.

Anima nostra expéctat Dóminum: ad-
iutor et clipeus noster ipse est; in illo ergo
laetatur cor nostrum.

Postcommunio

Percepto sacrificii munimine, tuere,
quáesumus, Dómine, familiam tuam:
et quam per doctrinam beáti Regis Sté-
phani, Confessóris tui, de ténebris ad ve-
ram lucem convertisti; eam, post huius
témporis decúrsum, cleméner perdúcas
ad regna caelórum. Per Dóminum.

Die 21 augusti

In Dedicatione Ecclesiae
Cathedralis Szatmariensis

I classis

In dioecesi Szatmariensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicacionis ecclesiae.

Die 25 augusti

In Dedicatione Ecclesiae
Metropolitanæ Colocensis

I classis

In archidioecesi Colocensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicacionis ecclesiae.

Die 26 augusti

S. Bernardi **Abbatis**
et Eccl. Doctoris

III classis

Ut in Missali die 20 huius mensis. Et
fit commemoratio S. Zephyrini Papae et
Martyris, ut in Missali Rom. hoc die.

Die 31 augusti

In Dedicatione Ecclesiae
Metropolitanæ
Strigoniensis

I classis

In archidioecesi Strigoniensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicacionis ecclesiae.

Die 2 septembris

De S. Stephano

Rege Conf. nihil fit.

Die 6 septembris

In Dedicatione Ecclesiae
Cathedralis Cassoviensis

I classis

In dioecesi Cassoviensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicacionis ecclesiae.

Die 7 septembris

Beatorum Marci, Stephani et Melchioris Martyrum Cassoviensium

I classis

Antiphona ad Introitum

Ps. 78, 11, 12 et 10.

Intret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. Ps. *ibid.*, 1. Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: polluérunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. V. Glória Patri. — Intret.

Oratio

Beatorum Martyrum Marci, Stephani et Melchioris, quaesumus, Domine, precibus adiuvemur: ut quorum gloriamur triumpho, fidei constantiam imitemur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae

Sap. 3, 1—8.

Iustorum animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: et aestimata est afflictio exitus illorum: et quod a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponuntur: quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum. Fulgē-

bunt iusti, et tamquam scintillae in arundinato discurrent. Iudicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Graduale

Exodi 15, 11

Gloriosus Deus in Sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. V. *Ibid.*, 6. Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute: dextera manus tua confrēgit inimicos. Allelúia, allelúia. V. *Eccli.* 44, 14. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, et nomina eorum vivent in generationem et generationem. Allelúia.

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

Luc. 21, 9—19

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis praelia et seditiones, nolite terreri: oportet primum haec fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Et terrae motus magni erunt per loca, et pestilentiae, et fames, terrorisque de caelo, et signa magna erunt. Sed ante haec omnia incipient vobis manus suas, et persequentur tradentes in synagogas et custodias, trahentes ad reges et praesides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non praemeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Tradimini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis, et amicis, et morte afficient ex vobis: et eritis odio omnibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Antiphona ad Offertorium
Ps. 67, 36.

Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus, alleluia.

Secreta

Super has hostias, Domine, benedictio larga descendat; quae nos ad amorem tuum beatorum Martyrum exemplo restauret. Per Dominum.

Antiphona ad Communionem
Sap. 3, 4, 5 et 6

Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos: tamquam aurum in fornace probavit eos, et quasi holocausta accepit eos.

Postcommunio

Caelstibus refectos sacramentis et gaudiis, fac nos, Domine, beatorum Martyrum gloriae consortes: cuius per haec mysteria pignus accepimus. Per Dominum.

Die 13 septembris

**In Dedicatione Ecclesiae
Cathedralis Iauriensis**

I classis

In dioecesi Iaurinensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicationis ecclesiae

Die 24 septembris

S. Gerardi Ep. et. Mart.

**Patroni principalis dioecesis
Csanádiensis**

In dioecesi Csanádiensi: I classis

**In reliquis Hungariae diocesisibus:
III classis**

**Missa Stáruit, de Communi unius
Martyris 1 loco, praeter sequentia:**

Oratio **P**

Deus, qui beatum Gerárdum Pontíficem agone martýrii et stola immortalitatis coronásti: concéde propstius; ut, cuius memóriam devótis méntibus celebrámus in terris, eius perpétua defénsione muniámur in caelis. Per Dominum.

**Et, extra dioecesim Csanádién., fit com
B.M.V. a Mercede. Evangelium Si quis
vult, ex Missa Sacerdotes Dei, de eodem
Communi 2 loco.**

Secreta **P**

Obláta, Domine, múnera sanctifica: et intercessióne beáti Gerárdi, Mártýris tui atque Pontíficis, ab ómnibus nos defénde periculis. Per Dominum.

Postcommunio **P**

Satiásti, Domine, famíliam tuam pretiosíssimi Córporis et Sánguinis Fílii tui libámine: praesta, quáesumus; ut, intercessióne beáti Gerárdi, Mártýris tui atque Pontíficis, nobis proficiat ad salutem mentis et córporis. Per eúndem Dominum.

Die 29 septembris

**In Dedicatione S.
Michaëlis Archangeli**
**Patroni principalis dioecesis
Váciensis**

I classis

In dioecesi Váciensi

Ut in Missali Rom. hoc die.

Die 4 octobris

In Dedicatione Ecclesiae Cathedralis Vesprimiensis

I classis

In dioecesi Vesprimiensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicatio-
tionis ecclesiae.

Die 5 octobris

S. Francisci Conf.

III classis

In dioecesi Vesprimiensi

Ut in Missali Rom. die 4 octobris.

Commemoratio Ss. Placidi et Soc. Mm.
de Missali Rom. hoc die.

Die 8 octobris

B. M. V. sub titulo Magnae Hungarorum Dominæ

Patronæ Principalis Hungariæ

I classis

In omnibus dioecesibus Hungariæ
Antiphona ad Introitum

Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatae Mariae Virginis, Magnae nostrae Dominae ac Patronae, de cuius solemnitate gaudent Angeli et collaudant Filium Dei. **Ps. 104, 1.** Confitemini Domino et invocate nomen eius; annuntiante inter gentes opera eius. **V. Glória Patri.** — Gaudeamus.

In Missis votivis antiphona ad Introitum Salve...

Oratio

Deus, qui intercessione beatissimae Virginis Mariae, gentem nostram innumeris cumulasti beneficiis: concede propitius: ut quam, protorége beato Stéphano auctore, Magnam Dominam celebramus et Patronam veneramur in terris, perenni eius consortio laetemur in caelis. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae

Eccli. 24, 23—31.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitionis et sanctae spei. In me gratia omnis viae et veritatis: in me omnis spes vitae et virtutis. Transite ad me, omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implerini. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationes saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Graduale

Cant. 6, 3 et 9

Tota formosa et suavis es, filia Sion, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. **V. Judith 13, 22.** Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redégit inimicos nostros.

Allelúia, allelúia. **V. Luc. 1, 28.** Ave, Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Allelúia.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Alleluia et versu sequenti, dicitur

Tractus **Prov. 8, 17—19**

Ego diligentes me diligo: et qui mane vigilat ad me, invenient me. **V.** Mecum sunt divitiae et gloria, opes superbae et iustitia. **V.** Melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso, et gemina mea argento electo.

Tempore autem paschali omittitur graduale, et eius loco dicitur:

Alleluia, alleluia **V. Luc. 1, 28.** Ave, Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus Alleluia **V. Prov. 8, 34.** Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas cotidie, et observat ad postes ostii mei. Alleluia.

✠ **Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam**

Luc. 1, 26—28.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Credo

Antiphona ad Offertorium
Jerem. 18, 20.

Recordare, Virgo Mater, in conspectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, et ut avertat indignationem suam a nobis.

Secreta

Maiestati tuae, Domine, Agnum immaculatum offerentes, quaesumus; ut, intercedente alma Virgine beatissima,

et fideles tui in avita patrum fide firmen-
tur, et oves quae perierunt ad veritatis
unitatem redeuntes, hoc salutari pabulo
nutriantur. Per Dominum.

Praefatio de B.M.V. Et te in festivitate

Antiphona ad Communionem

Regina mundi dignissima, Maria, Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum, Salvatorem omnium.

Postcommunio

Adiuvet populum tuum, quaesumus, Domine, beatae Mariae semper Virginis, Magnae nostrae Dominae ac Patronae intercessio veneranda: ut, quos perpetuis cumulavit beneficiis, cunctis periculis expeditos, sua faciat pietate concordet. Per Dominum.

Die 12 octobris

S. Birgittae Vid.

III classis

In omnibus dioecesibus Hungariae.

Missa Cognovi ut in Missali Rom. die 8 octobris sine ulla commemoratione.

Die 22 octobris

**In Dedicatione Ecclesiae
Propriae**

I classis

In omnibus ecclesiis consecratis Hungariae, exceptis cathedralibus.

Missa Terribilis, de Communi Dedicationis ecclesiae.

Die 23 octobris

S. Ioannis de Capistrano Confessoris

III classis

Antiphona ad Introitum

Habac. 3, 18—19

Ego autem in Dómino gaudébo: et exultábo in Deo Iesu meo: Deus Dóminus fortitúdo mea. Ps. 80, 2. Exsultáte Deo adiutori nostro, iubiláte Deo Iacob. V. Glória Patri. — Ego autem.

Oratio

Deus, qui per beátum Ioánnem fidéles tuos in virtúte sanctíssimi nóminis Iesu de crucis inimícis triumpháre fecisti: praesta, quáesumus; ut, spirituálium hóstium, eius intercessióne, superátis insídiis, corónam iustítiae a te accíperere mereámur. Per Dóminum.

Et fit commemoratio S. Antonii Mariae
Claret Ep. et Conf.

Oratio

Deus, qui beátum Antónium Mariam Confessórem tuum atque Pontíficem, apostólicis virtútibus sublimásti, et per eum novas in Ecclesiá clericórum ac virginum famílias collegísti: concéde, quáesumus; ut, eius dirigéntibus mónitis ac suffragántibus méritis, animárum salútem quáerere iúgiter studeámus. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiae.

Sap. 10, 10—14.

Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctorum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illius. In

fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honestum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret, et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Haec vénditum iustum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum.

Graduale

Ps. 21, 24—25.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum: univérsum semen Iacob, glorificáte eum. V. Tímeat eum omne semen Israel: quóniam non sprevit, neque despéxit deprecatiónem páuperis.

Allelúia, allelúia. V. Ps. 58, 17. Ego autem cantábo fortitúdinem tuam: et exsultábo mane misericórdiam tuam. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam

Luc. 9, 1—6

In illo témpore: Convocátis Iesus duódecim Apóstolis, dedit illis virtútem et potestátem super ómnia daemónia, et ut languóres eurárent. Et misit illos praedicáre regnum Dei, et sanáre infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuléritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecúniam, neque duas túnicas habeátis. Et in quamcúmque domum intravéritis, ibi manéte, et inde ne exeátis. Et quicúmque non recéperint vos: exeúntes de civitáte illa, étiam púlverem pedum vestrórum excútite in testimónium supra illos. Egréssi autem circubant per castélla, evangelizántes, et curántes ubíque.

Antiphona ad Offertorium

Eccli. 46, 6.

Invocávit Altíssimum poténtem in oppugnádo inimícos úndique, et audívit illum magnus et sanctus Deus.

Secreta

Sacrificum, Dómine, quod immolámus, placátus inténde: ut, intercedénte beáto Ioáinne Confessóre tuo, ad conteréndas inimicórum insídias nos in tuae protectiónis securitaté constitúat. Per Dóminum.

Pro S. Antonio Maria Claret:

Secreta

Sancti Antónii Maríae Confessóris tui atque Pontíficis, quáesumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuae nos reddat accéptos: ut, per haec pia placatiónis officia, et illum beáta retribútio comítetur, et nobis grátiae tuae dona concíliet. Per Dóminum.

Antiphona ad Communionem
Sap. 10, 20.

Decantavérunt, Dómine, nomen sanctum tuum, et victrícem manum tuam laudavérunt.

Postcommunio

Repléti alimónia caelésti et spirituáli póculo recreáti, quáesumus, omnipotens Deus: ut, intercedénte beáto Ioáinne Confessóre tuo, nos ab hoste maligno deféndas, et Ecclesiám tuam perpétua pace custódiás. Per Dóminum.

Pro S. Antonio Maria Claret:

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor animárum: praesta, ut beáti Antónii Maríae Confessóris tui atque Pontíficis, cuius venerándam celebrámus festivitátem, precibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

Die 24 octobris

In Dedicacione Ecclesiae Cathedralis Csanádiensis

I classis

In dioecesi Csanádiensi

Missa Terríbilis, de Gommuni Dedicacionis ecclesiae.

Die 25 octobris

B. Mauri Ep. et Conf.

**Patroni Secundarii Dioecesis
Quinqueecclesiensis**

II classis

In dioecesi Quinqueecclesiensi

Antiphona ad Introitum
Eccli. 44, 15 et 14

Sapiéntiam Sanctórum narrent pópuli, et laudas eórum nuntiet ecclésia: nómina autem eórum vivent in saeculum saeculi **Ps. 32, 1.** Exsultáte, iusti, in Dómino: rectos decet collaudátio. **v.** Glória Patri. — Sapiéntiam.

Oratio

Da, quáesumus, omnipotens Deus: ut, beáti Mauri, Confessóris tui atque Pontíficis, méritis adiuvémur; eiusque precibus et exémpis mundo tibi atque húmili corde serviámus Per Dóminum.

Et fit commemoratio Ss. Chrysanthi et Dariae Martyrum

Oratio

Beatórum Mártyrum tuórum, Dómine, Chrysanthi et Dariae, quáesumus adsit nobis orátio: ut, quos venerámur ob

séquo, eórum pium iúgiter experiámur
auxílium. Per Dóminum.

Léctio Epístolae beáti Pauli Apó-
stoli ad Thessalonicénses

1 Thess. 2, 9—13.

Fratres: Mémoires estóte labóris nostri
et fatigatiónis; nocte ac die operátes,
ne quem vestrum gravarémus, praedicá-
vimus in vobis Evangélium Dei. Vos te-
stes estis et Deus, quam sancte et iuste,
et sine queréla vobis, qui credidístis, fú-
imus; sicut scitis, quáliter unumquémque
vestrum, sicut pater filios suos, deprecán-
tes vos, et consolátes, testificáti sumus,
ut ambularétiis digne Deo, qui vocávit vos
in suum regnum, et glóriam. Ideo et nos
grátias ágimus Deo sine intermissióne:
quóniam cum accepissétiis a nobis verbum
audíus Dei, accepístis illud non ut ver-
bum hóminum, sed sicut est vere verbum
Dei, qui operáitur in vobis, qui credidístis
in Christo Iesu, Dómino nostro.

Graduale Eccli. 44, 16.

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus
suis plácuit Deo. *V. Ibid, 20.* Non est
invéntus símilis illi, qui conserváret legem
Excélsi.

Allelúia, allelúia. *V. Ps. 109, 4.* Tu es
sacérdos in aetérnum, secúndum órđinem
Melchisedech. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum
Ioánnem

Ioann. 10, 11—16.

In illo témpore: Dixit Iesus pharisáeis:
Ego sum pastor bonus. Bonus pastor
ánimam suam dat pro óvibus suis, Merce-
nárius autem, et qui non est pastor, cuius
non sunt oves própriae, videt lupum ve-
niéntem, et dimíttit oves et fugit: et lupus
rapit et dispérgit oves; mercenárius au-
tem fugit, quia mercenárius est et non

pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pa-
stor bonus: et cognóscó meas et cognó-
scunt me meae. Sicut novit me Pater, et
ego agnóscó Patrem, et ánimam meam
pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo
quae non sunt ex hoc ovíli: et illas opór-
tet me addúcere, et vocem meam áudient,
et fiet unum ovíle et unus pastor.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 88, 21—22.

Invéni David servum meum, óleo sancto
meo unxi eum: manus enim mea auxi-
liábitur ei, et bráchium meum confortábit
eum.

Secreta

Concéde nobis, omnípotens Deus: ut
his munéribus, quae tibi in beáti
Mauri, Confessóris tui atque Pontíficis,
honórem deférimus, et te placémus exhí-
bitis, et nos vivificémur accéptis. Per
Dóminum.

Pro Ss. Martyribus

Secreta

Pópuli tui, quáesumus, Dómine, tibi
grata sit hóstia, quae in natalítiis
sanctórum Mártyrum tuórum Chrysánthi
et Daríae solémniter immoláatur. Per
Dóminum.

Antiphona ad Communionem

Luc. 12, 42.

Fidélis servus et prudens, quem con-
stítuit Dóminus super famíliam suam: ut
det illis in témpore trítici mensúram.

Postcommunio

Oblátam tibi gratiárum hóstiam, Deus,
propítius respice: et intercedénte be-
áto Mauro, Confessóre tuo atqua Pontí-

face, ómnium nostrum ad te corda con-
verte. Per Dóminum.

Pro Ss. Martyribus:

Postcommunio

Mysticis, Dómine, repléti sumus votis
et gáudiis: praesta, quáesumus; ut,
intercessiónibus sanctorum Mártyrum tuó-
rum Chrysánthi et Daríae, quae temporá-
liter ágimus, spirituáliter consequámur.
Per Dóminum.

Eodem die 25 octobris

S. Raphaelis Archangeli

III classis

In dioecesi Csanádiensi.

**Ut in Missali Rom. die 24. Et fit comm.
Ss. Chrysanthi et Daríae Mm.**

Die 27 octobris

**In Dedicatione Ecclesiae
Cathedralis Rosnaviensis**

I classis

In dioecesi Rosnaviensi

**Missa Terribilis, de Communi Dedicat-
ionis ecclesiae.**

Die 5 novembris

S. Emerici Ducis et Conf.

II classis

Antiphona ad Introitum

Ps. 36, 30—31.

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lin-
gua eius loquétur iudícium: lex Dei
eius in corde ipsus. **Ps. ibid., 1. Noli**

aemulári in malignántibus: neque zelá-
veris faciéntes iniquitátem. **V. Glória
Patri. — Os iusti.**

Oratio

Deus, qui beátum Emericum, iuvenli
flore niténtem, in Sanctorum tuó-
rum consórtium sublimásti: praesta, quáe-
sumus; ut, quem tibi fecísti esse devótum,
eius apud te perpétuum sentiámus auxí-
lium. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiae

Sap. 4, 7—17

Iustus, si morte praeoccupátus fúerit, in
refrigério erit. Senéctus enim venerá-
bilis est non diutúrna, neque annórum nú-
mero computáta: caní autem sunt sensus
hóminis, et aetas senectútis vita imma-
culáta. Placens Deo factus est diléctus,
et vivens inter peccatóres translátus est.
Raptus est, ne malítia mutáret intelléc-
tum eius, aut ne fictio decíperet ánimam
illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscú-
rat bona, et inconstántia concupiscéntiae
transvértit sensum sine malítia. Consum-
mátus in brevi explévit témpora multa:
plácita enim erat Deo ánima illíus: prop-
ter hoc properávit educere illum de mé-
dio iniquitátum: pópuli autem vidéntes,
et non intelligéntes, nec ponéntes in prae-
córdiis tália: quóniam grátia Dei, et mi-
sericórdia est in sanctos eius, et respéctus
in eléctos illíus. Condémnat autem iustus
mórtuus vivos ímpios, et iuventus celé-
rius consummáta longam vitam iniústi.
Vidébunt enim finem sapiéntis, et non
intélligent, quid cogitáverit de illo Deus,
et quare munferit illum Dóminus.

Graduale

Ps. 91, 13 et 14

Iustus ut palma florébit: sicut cedrus
Líbani multiplicábitur in domo Dómini.
V. Ibid., 3. Ad annuntiándum mane mi-

sericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

Allelúia, allelúia. **V. Iac. 1, 12.** Beátus vir, qui suffert tentatióem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitae. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam

Luc. 12, 35—40

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: Sint lumbi vestri praecíncti, et lucérnae ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dómimum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dómimus, invénerit vigilátes: amen dico vobis, quod praecínget se, et fáciet illos discumbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigilia, et si in tértia vigilia vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam, si sciret paterfámlias qua hora fur venfret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti, quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.

Antiphona ad Offertorium

Ps. 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta

Oblátio, quam tibi offérimus, Dómine, nos purget ab omni crímine: quátenus per intercessiónem sancti Emeríci Confessóris tui, cuius sacram recólimus festivitátem, ad caeléstis pátriae assumámur hereditátem. Per Dómimum.

Antiphona ad Communionem

Matth. 24, 46—47

Beátus servus, quem, cum vénerit dómimus, invénerit vigilátem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

Postcommunio

Plebem tuam, Dómine, a cunctis adversitátibus prótege: ut, beáto Emeríco Confessóre tuo intercedénte, et praeséntis vitae devítimus pérícula, et futúrae mereámur gáudia sempitérna. Per Dómimum.

Die 11 novembris

S. Martini Ep. et Conf.

Patroni

Principalis Dioecesis Sabariensis

I classis

Ut in Missali Romano hoc die, sine comm.

Dicitur Credo.

Die 19 novembris

S. Elisabeth Viduae

II classis

Antiphona ad Introitum

Gaudeámus omnes in Dómimo, diem festum celebrátes sub honóre beatae Elisabeth: de cuius solemnitáte gaudent Angeli et colláudant Fílium Dei. **Ps. 44, 2.** Eructávit cor meum verbum bonum: dico

ergo ópera mea Regi. V. Glória Patri. —
Gaudeámus.

Reliqua omnia, ut in Missali hoc die
notantur.

Die 25 novembris

In Dedicacione Basilicae Cathedralis Albaregalensis

I classis

In dioecesi Albaregalensi

Missa Terribilis, de Communi Dedicacionis ecclesiae.

Prot. N. 186/1964 C.E.

Hoc Proprium Missarum Dioecesium Hungariae a Sacra Congregatione Rituum die 16 aprilis 1964 approbatum est. Cum censoris Nostri testimonio certiores facti simus praesentem editionem Proprii Missarum plane concordare cum texto approbato, de communi Hungariae Ordinariorum consensione, Nos, ad normam canonis 1390 CIC, eam libenter approbamus, typisque describi et publici iuris fieri permittimus.

Szeged, die 31 Iulii 1964.

✠ DR ANDREAS HAMVAS
Episcopus Csanádiensis
Praeses Coetus Episcoporum Hungariae.

Ad ben. mandatum:

Dr. Josephus Szilas
censor.

INDEX ALPHABETICUS

Adalberti Ep et Mart Patr. archidioec Strigon	2
Andreae Ap Patr dioec Casov	1
Annae Matris BMV Patr. dioec. Vesprimien	13
Basilii Magni Ep Conf et Eccl Doct	11
Bernardi Abb et Eccl Doct	16
Birgittae Vid	20
Cunegundis Virg	12
Dedicatio Eccl Metrop. Agriensis	4
Dedicatio Eccl Cathedr. Albaregalensis	26
Dedicatio Eccl Cathedr. Cassoviensis	16
Dedicatio Eccl Metrop. Colocensis	16
Dedicatio Eccl Cathedr. Csanádiensis	22
Dedicatio Eccl Cathedr. Iauriensis	18
Dedicatio Eccl Cathedr. Magnovaradiensis	12
Dedicatio Eccl Cathedr. Quinqueecclesiensis	11
Dedicatio Eccl Cathedr. Rosnaviensis	24
Dedicatio Eccl Cathedr. Sabariensis	9
Dedicatio Eccl Metrop. Strigoniensis	16
Dedicatio Eccl Cathedr. Szatmariensis	16
Dedicatio Eccl Cathedr. Vaciensis	14
Dedicatio Eccl Cathedr. Vesprimiensis	19
Dedicatio Eccl Propriae	20
Elisabeth Vid	25
Emerici Ducis et Conf	24
Floriani Mart	4
Francisci Conf	19
Gerardi Ep et Mart Patr dioec Csanádiens	18
Innocentii XI Papae et Conf	13
Iacobi de Marchia Conf	1
Ioannis Ap et Ev Patr archidioec Agrien.	1
Ioannis de Capistrano Conf	21
Ioannis Nepomuc. Mart Patr dioec Rosnavien	5
Iolentae Vid	10
Ladislai Reg et Conf Patr dioec Magnovaradien	11
Marci, Stephani et Melchioris Mm	17

Margaritae Virg	2
B. Mariae Virginis in coelos Assumptae	14
B. Mariae Virginis titulo Auxilium Christian	6
B. Mariae Virginis titulo Magna Hung. Domina	19
Martini Ep et Conf Patr dioec Sabarien	25
Martini Ep et Conf Translatio Reliquiarum	10
Mauri Ep et Conf Patr sec. dioec Quinqueecl	22
Michaelis Archa. dedication. Patr. dioec. Vaciens	18
Quirini Ep et Mart	9
Raphaelis Archa	24
Stephani Reg et Conf Patr Hungariae	14
Stephani Reg et Conf Manus Dexteræ translatione	8

Szent István Társulat, az Apostoli Szentszék Könyvkiadója kiadása
A kiadásért felel: Esty Miklós delegált adminisztrátor

Minden jog fenntartva, beleértve a bármilyen eljárással való
sokszorosítás jogát is.

64.5790 Pécsi Szikra Nyomda — F. v.: Melles Rezső